

M0016909: Explanation of plate IX, from Spiegel: Tabulae anatomicae LXXXIIX, 1632

Publication/Creation

1958

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rzekzvg5>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

214
T A B U L Æ N O N Æ
D E C L A R A T I O .

FIGVRA I.

Cerebri, eiusque partium delineatione ex communi Anatomicorum sententia proposita, fabricam eiusdem, inuersa, ut vocant, sectione, & nova, exprimere Placentinus sequentibus Tabulis voluit. Cerebrum ergo in hac figura ab omnibus undique ossibus liberatū, caterū crassa adhuc membrana contextum, inuersum proponitur.

- AAA Dura membrana, venulis conspersa quamplurimis, undique cerebrum & cerebellum investiens.
- B Spinalis medulla crassa membrana contexta.
- CC Cerebellum crassa membrana textum ac circumscriptum, aptissime hic comparens.
- D Glandula pituitaria, crassa membrana adhuc investita.
- EE Ramus maior arteriæ carotidis.
- FF Duo oculi.
- GG Musculi oculorum, in suo situ iacentes.
- HH Musculis his interposita pinguedo.
- II Hic parum excisa crassa membrana, Cerebrum, KK, & nervi olfactorii (I, I,) apparent.
- KK Portio quædam cerebri conspicua.

FIGVRA II.

Idem Cerebrum in eodem situ relictum exhibetur: membrana autem crassa decussatim secta, & ad latera revoluta, quale tum ipsum appareat tenui adhuc meninge inuestitum, tum quæ eius partes cernantur, proponitur.

- AAAA Crassa cerebri membrana decussatim secta, & ad latera diducta.
- BBB Cerebri substantia, tenui adhuc meninge texta.
- CC Divisio cerebri in sinistram & dextram partem admodum conspicua.
- DD Cerebellum tenui membrana adhuc textum.
- EEE Spinalis medulla, tenui membrana ad-

huc inuestita. Quo loco diligenter aduertendū est, quanto artificio, & quā præclara industria sculptor punctulis quibusdam tenuem membranam expresse, ut transparenere subiacta corpora, magna quadam inuentium animi iucunditate videantur.

- FFF Venulæ per cerebellum eiusque membranam digestæ.
- GG Ramus maior interioris arteriæ Carotidis, Rete mirabile efficiens.
- HH a Interior huius rami G, furculus, de quo tab. sequenti plura. Enascitur autem circa a, a.
- I Glandula pituitaria.
- KK Ortus nervorum oculos moventium, five secundi paris nervorum cerebri.
- I Ex his dexter circa L, in musculos oculi inseritur: sinister circa b, abscissus est.
- MM Principium nervorum opticorum, five primi paris nervorum cerebri.
- NN Quintum par nervorum cerebri.
- OO Sextum par nervorum Cerebri.
- P Portio infundibuli, five pelvis.
- QQ Organa olfactus, five Octavum par nervorum cerebri.
- RR Nervii optici, five primum par nervorum cerebri, à conterminis musculis liberum.
- S Musculus palpebram attollens.
- T Trochlea, five cartilago trochlearis, musculi superioris oculum circumvolventis.
- V Musculus ille cū trochlea T. conspicuus.
- XXXX Alii quatuor musculi oculum moventes, ac tendinibus suis, ut & prior V, in oculi corneam tunicam desinentes.
- YY Oculi circularem figuram obtinentes, quorum dexter à musculis separatus est.
- ZZ Vertebrales arteriæ, quarum cōiunctio circa c, progressus vsque ad d, vbi in duos ramos iterum diuiduntur, e, e. Sed harum demonstratio perfectior in sequenti Tabula, vbi literis R, R, insignitæ sunt, habetur.
- ff Processus cerebri mammillares dicti.